

Beweismittel zur Beurkundung des Cistercienser-Frauenkloster in Steina

Autor(en): [s.n.]

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz**

Band (Jahr): **7 (1851)**

PDF erstellt am: **27.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-110348>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

B.

Geweisetitel

zur

Beurkundung des Cistercienser-Frauenklosters in Steina.

1.

1200, 15 Junimonat.

Innocentius Episcopus, seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus | Archiepiscopis, Episcopis, et dilectis filiis Abbatibus, prioribus, decanis, Archidiaconibus, et aliarum ecclesiarum prelati- | tis, in eorum episcopatibus constitutis, ad quos litere iste perue- | nerint, | salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque par- | tibus ecclesiastica censura dissoluitur, et canonicæ sententiæ seve- | ritas enervatur, vt | viri religiosi et his maxime, qui per sedis apostolicæ privilegia majori donati sunt libertate, passim a malefi- | cioribus suis injurias sustineant et rapinas dum vix inveniunt, qui congrua illis protec- | tione subueniat, et pro fouenda pauperum in- | nocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii nostri Cistercienses fratres, tam de frequentibus injuriis, quam de ipso | cottidiano defectu iusticiæ conquerentes, vniuersitatem vestram literis petierunt apostolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra maleficiores eorum prompta debeatis magna- | nimitate consurgere, quod ab angustiis quas sustinent et pressuris, vestro possint presidio respirare. Ideoque uobis per apostolica scripta mandamus, et in uirtute obediencie districtè pre- | cipimus, | quatenus illos, qui in aliquem de ipsis fratribus manus

violentas iniecerint, vel res seu domos eorum seu hominum suorum irreverentur inuaserint, aut ea, que predictis fratribus ex testamento dece- | dentium relinquuntur, contra iusticiam detinuerint, uel decimas laborum seu nutrimentorum suorum spretis privilegiis apostolice sedis extorserint, aut res eorum a fugitivis ablatas illi- | cite retinere presumpserint; si laici fuerint, eos et principales fautores eorum publice candelis accensis excommunicationis sententia percellatis, Clericos autem, Canonicos siue Mana- | chos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis, Neutram relaxaturi sententiam, donec predictis fratribus plenarie satisfaciat, et hii precipue, qui per violenta manuum iniectio- | ne uinculo fuerint anathematis innodati, cum dyocesani episcopi literis venientes ad apostolicam sedem, ab eodem vinculo mereantur absolui. Villas autem, in quibus bona predictorum fratrum uel ho- | minum suorum per violentiam detenta fuerint, aut predones eorum permanserint, seu etiam fratres fugitivi Monachi et Conuersi contra voluntatem extiterint, nisi habitatores earum diligenter | ammoniti, eos a se curauerint amovere, quamdiu ibi fuerint interdicti sententie appellatione postposita supponatis. Datum Laterani, Idus Iulii. Pontificatus nostri Anno tercio. ¹⁾)

2.

1262, 15 Jänner.

Eberhardus dei gratia Constantiensis Episcopus, Religiosis et in Christo dilectis, Magistre et Conuentui Sororum in parrochia de Steina, | vallis de Swiz residentibus, Cisterciensis ordinis Regulam professis, Salutem in omnium saluatore. Licet ex iniuncto nobis officio pastoralis teneamur omnibus | nobis commissis, tam in spiritualibus quam in temporalibus quantum nobis desuper datum fuerit prouidere, eis tamen tenemur specialius consilium et auxilium impertiri, | qui se totos in perpetuum holocaustum deo desiderant salubriter immolare. Igitur deuotis vestris et precipue Abbatis de Aurora nostri dilecti precibus in- | clinati, honorum usi consilio

¹⁾ Dieser Brief ist für Steina nur noch in einer durch Propst Ertold von Zofingen im Weinmonat 1277 beglaubigten und besiegelten Abschrift vorhanden.

uobis auctoritate ordinaria presentibus indulgemus, ut liceat uobis in valle predicta, in terminis parrochie de Steina, | secundum regularis discipline obseruantiam et institutiones ordinis iam predicti simul domino iugiter famulari; presertim cum eundem ordinem Romana | ecclesia noscatur sollempniter approbasse, vobis fauore religionis et deuotionis uestre nichilominus concedentes, ut ibidem oratorium, in quo celebretur | uobis et faciatis diuina, et officinas necessarias construatis, secundum quod obseruantiam vestri ordinis Cisterciensis et Regule magis videbitur | expedire. Ita quod etiam liceat vobis personas conventus uestri cum vestra familia in vestro cimiterio sepelire, in omnibus tamen aliis parro- | chialis ecclesie saluo iure. Insuper etiam possessiones et omnia bona tam mobilia quam immobilia, que ad presens iuste et rationabiliter | possidetis, uel infuturum dante domino poteritis adipisci, firma vobis et penitus maneant illibata. Vt autem hec perpetuo mane- | ant firmiora, hanc vobis paginam in hujus nostre concessionis et facti testimonium sigilli nostri munimine tradidimus | roboratam. Si quis uero, quod absit, huic constitutioni et indulgentie nostre iudebite presumpserit obuiare, destruat exa- | men hunc summi iudicis Amen. Datum Constantie. Idus Ianuarii, | Anno domini M. CC. LX. II. Indictione VI.

3.

1267, 19 März.

E. dei gratia Episcopus Constantiensis, vniuersis presentem paginam inspecturis salutem et | in domino caritatem. Quia diuina prouidentia nos super domini speculam licet inmeritos extulit et | assumpsit, oculis circumspectionis debemus sollerter prospicere, qualiter caueatur hiis, quorum conuersatio vi- | get in celis per celestis desiderii continuum incrementum. Sane olim nos indulsisse meminimus | dilectis in Christo filiabus . . Magistre ac conuentui sororum in staina nostre diocesis, ut ibidem oratorium | cum officinis necessariis construerent, et secundum statuta ordinis Cisterciensis sub Regula beati Bene | dicti uitam ducerent religiosam; verum quia nunc per Augmentum gratie celestis ordini predicto | incorporari desiderant et uniri, nos ipsarum pium propositum benigno fauore prosequi cupientes, | ipsas et locum earundem de consensu Capituli nostri a iurisdictione nostra absoluimus, ipsas

tradentes | in nomine domini ordini supradicto, concedendo, ut
 ipsius ordinis priuilegiorum et libertatibus poti- | antur. In cuius
 rei testimonium presentes litteras eis super hoc concedimus sigilli
 nostri robore | communitas. Datum Turegi Anno domini M. CC.
 LXVII. XIII. Kl. Aprilis. |

4.

1275, 7 Jänner.

Hartmannus de Baldegga, Burgrauus de Rinwelden, Aduoca-
 tus Basiliensis, et procurator R. dei gratia Romanorum Regis,
 viris discretis Rvodolfo et Wernhero Ministris vallis de Swites et
 vniuersitati eiusdem loci, salutem et omne bonum. Cum omnis
 homo factorem suum | deum, a quo cuncta bona procedunt, teneatur
 diligere, specialiter tamen quibus plus committitur majori affectu
 dilectionis ipsum teneantur venerari. | Nos attendentes vitam Reli-
 giosam et famam bonam Reuerendarum in Christo . . Abbatisse et
 Conuentus de Steina, Cisterciensis ordinis, | Constantiensis dyocesis,
 easdem in nostram protectionem recipimus cum omnibus rebus suis
 mobilibus et inobillibus specialem. Ita ut si quis forte, | quod
 absit et deus auertat, contra ipsas uel ipsarum res sev bona uel
 personas maliciose processerit, omnipotentis dei et nostram indig-
 natio- | nem ac offensam nouerit se incurrisse. Vobis vniuersis et
 singulis mandantes et precipientes, quatinus easdem et ipsarum |
 bona mobilia et inobilia secundum libertates et eiusdem ordinis
 priuilegia, que nunc possident aut in posterum poterint obtinere,
 fideliter | et efficaciter defendatis contra vniuersos et singulos cuius-
 cunque sint auctoritatis et conditionis, ipsas et ipsarum personas |
 et res defendendo. Scientes quod vniuersi et singuli, qui
 contra predictam nostram defensionem eisdem religiosis sanctis |
 aliquod malum fecerint, domino R. dei gracia Romanorum Regi
 semper Augusto, videntur contrariari, et secundum quod meruerint |
 indignationem ipsius et penam sustinebunt. Datum Lucerie Anno
 domini M.CC.LXXV. . In crastino ephiphanie domini | Indictione
 tercia. ¹⁾

¹⁾ Abgedruft bei Eschudi I. 182. Ropp II. 729.

5.

1275, 4 Herbstmonats.

Anna dei gratia Romanorum Regina ¹⁾, viris prouidis et honestis Rodolfo ministro de Sthovfach, et Wernhero | de Sewen ministro, salutem et omne bonum. Cvm dilectas in Christo Sanctimonialis monasterii in Steine | ordinis Cisterciensis, Constantiensis diocesis, cvm vniuersis possessionibus, omniumque honorum facultatibus earumdem | in nostram protectionem et defensionem receperimus specialem, de beneplacito incliti domini nostri Regis, No- | lentes, ut aliquam precariam dare a nostris officiatis aliquatenus compellantur. Et cum intellexerimus, quod | tu R. minister de Stovfach ob huiusmodi precarie exactionem equum pro pignore memoratis | Sanctimonialibus abstulisti, volumus et mandamus tue discretioni diligentius te rogantes, Quatinus dictum | equum ipsis restituens sine mora et contradictione qualibet, Vos ambo illas non velitis amplius | in exactionibus huiusmodi fatigare, ab omnium nichilominus incursibus et iniuriis pro vestris viribus | et posse constanter et fideliter protegentes. Datum apud Kiburc, ij Non. Sept. Anno | Regni memorati domini nostri Regis Secundo; —; —; —; — ²⁾.

6.

1277.

Tholomeus dei gratia Episcopus Sardanensis, Vniuersis presentes literas inspecturis, salutem in Christo. | Quoniam ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi Recepturi prout in | corpore nostro gesserimus siue bonum fuerit siue malum, Idcirco oportet nos | extremum diem operibus pietatis et misericordie preuenire. Cum jgitur ecclesia | cum duobus altaribus et Cimiterio Religiosarum dominarum ordinis Cisterciensis | in Augia siue in valle Suiz per nos solempniter dedicata, opere incon- | pleto, quod conpleri non potest absque auxilio populi christiani, vniuersitatem uestram | monemus et ortamur in domino, uobis in Remissionem peccaminum injungentes, | ut de bonis uobis a deo

¹⁾ Sie starb zu Wien am 16 Horn. 1281, und wurde den 20 März in Basel feierlich bestattet.

²⁾ Abgedruckt bei Eschudi I. 184. Ropp II. 731.

collatis, ad dictum opus complendum, uestras pias elemosi- | nas
 errogetis, scientes, quod omnibus vere penitentibus et confessis,
 qui ad dictam | ecclesiam seu claustrum predictarum dominarum
 causa deuotionis accesserint in quatuor | solemnitatibus beate marie
 virginis, et in festo crucis (ac in festo Laurentii) ¹⁾, et in Anni-
 uersario dedica- | tionis dicte ecclesie et altarium, et per octavam
 dicti Anniversarii, XL. dies | criminalium, et centum venialium de
 misericordia omnipotentis dei et apostolorum | eius petri et pauli,
 de iniuncta eis penitentia misericorditer in domino re- | laxamus.
 Datum in eodem loco, Millesimo CC.LXXVII. Indictione quinta. |

7.

1286, im April.

Ad propagandam noticiam rei geste, tollendamque materiam
 dubie questionis, Nos Chonradus dictus Hesso, et Gertrudis Con-
 iuges, Notum facimus presentium inspectoribus et audi- | toribus
 vniuersis, quod nos a nullo seducti et a nemine circumuenti, pari
 animo et spontanea uoluntate in remedium animarum nostrarum et
 parentum nostrorum donauimus et contulimus ac conferimus | per
 presentes Religiosis domine . . Abbatisse et conuentui dominarum
 de Steina nomine sui Monasterii, Cisterciensis ordinis, Constanti-
 ensis Dyocesis, proprietatem ouilium subscriptorum, uidelicet ouile
 an | Swandon vf Zingeln, ouile an Hoehen an Mvotenvelde, et ouile
 Zenr Haltun an Ibergs velde, ac Casale apud Ripam ante domum
 nostram, libere et absolute sine dimi- | nutione qualibet possidenda;
 Preterquam quod domina Ita mater mee Gerdrudis predictae vsufruc-
 tus ouilium predictorum vf Zingeln et an Hoehen plenarie percipiet
 tempore vite | sue. Renunciamus itaque oraculo uiue uocis teno-
 reque presentium omni Juri, actioni, exceptioni, et patrocinio Juris
 Canonici et Ciuilis, quibus dicta donatio tam sollempniter | celeb-
 rata, posset quomodolibet refutari. Renunciamus specialiter Juri
 dicenti: generales renuntiationes non valere. Testes hujus donationis
 sunt, frater Hermannus et frater C. Minores | fratres Terminarii
 vallis de Swiz, frater Jo. Cappellanus Monialium predictarum, Do-
 minus C. Incuratus de Swiz, Dominus Vol. Socius suus, Dominus
 Jo. viceplebanus in Stei- | na, Volr. de Wile, Wernherus de
 Sewa, Chonradus ab Iberg, Wernherus dictus Tiring, Ministri

¹⁾ Andere Hand und Linte.

vallis de Swiz, Chonradus dictus Hunno, Chonradus Stapher, Arnoldus | de Sewa, Johannes dictus Locholf, et Petrus filius suus, et quam plures alii fide digni. In cujus donationis testimonium presens scriptum tradidimus Monialibus memoratis Sigillo | Conmunitatis de Swites fideliter communitum. ¹⁾ Actum et Datum per sententiam in Prato Domini Plebani, Anno domini M. CC. LXXXVI. Mense Aprili. ²⁾

8.

1289, 24 Aprils.

In gottes namen Amen. Ich Chyonrat en ritter von Tildorf, der Hovemeister der phallenze des Romeshen | Chyngef Rodolfes, vnd voget von Riburg Rodolfes des Herzogen von Oesterrich vnd von Styre, | Kunde allen dien die disen brief hoerent oder sehent lesen, De ich de Hys vnd den Conuentum in der | owe von Steine ze Swiz in der waltstat, an mines Herren stat des Herzogen han genomen in | minen shirn vnd fride, also de ich nicht wil, de es oder sin gvot de kein gewerf oder stüere gebe, wan es en kloster | bawartez ist Grawes ordens; vnd Ewer der wer, der ez dar uber beswarte mit de heinen dingen, da von de selbe | Hys oder sin ere oder sin gvot genidert wurde, De wer mir vnd minem Herren getan, vnd wolten ez oy ch rechen. | Vnd de disy gnade vnd der shirn staete si vnd iemer mere wende, des gib ich dem selben Hysse vnd Conuentui | minen offennen brief bestgelt vnd bestaetet an mines vnd mines Herren des Herzogen stat. Und ist de beshehen | Nach der Geburte vnseres Herren Ihesu Christi vber zwelf hondert vnd acceg Jar, dar nach in dem nynden | Jare, an sancte Marchs abende, In der ander Indiction. ³⁾

9.

1295, 5 Hornungs.

Nos Soror . . Abbatissa et Conuentus Monialium in Steina, Cisterciensis ordinis, Constantiensis dyocesis, Notum facimus pre- | sentium inspectoribus seu auditoribus vniuersis, quod de nostra voluntate libera et expressa, accedente quoque consensu venerabilis |

¹⁾ Das Landesiegel hängt zusammengeschrumpft.

²⁾ Abgedrukt bei Eschudi I 193.

³⁾ Abgedrukt bei Eschudi (I. 198) und Ropp. (II. 736.)

domini et patris nostri . . . Abbatis de Aurora, Chvonradus dictus Schvonbuochlere et Hemma vxor sua legitima | nec non et Mech-
 tildis eorum filia vnica et Monialis domus nostre, vel qui horum
 trium superstes fuerit, Alpes videlicet surren | et silbrin cum pos-
 sessione dicta Rietenbach, cum omnibus suis pertinentiis et juri-
 bus, quomodolibet censeantur, vti debent, | et eorum redditus integra-
 liter percipere dum vixerint et habere, dictasque alpes siue posses-
 sionem nominatam dictus C. permu- | tare siue cambire poterit
 quando sibi placuerit, ita tamen quod ex hoc nobis et nostre do-
 mui preiudicium vel dampnum aliquod | nullatenus generetur. In
 recognitionem vero nominatarum alpium videlicet surren et silbrin,
 ac predictae possessionis dicte | Retenbach ad nostrum Monasterium
 iure proprietatis pertinentibus, quas vel quam prenominatus vide-
 licet Chvonradus per manum Hemme | vxoris sue in remedium
 animarum suarum et antecessorum suorum nobis libere contulit,
 ipsi coniuges omni anno dum vixerint, | census nomine quinque
 solidos denariorum vsualium et honorum nobis nostrisque succes-
 soribus dabunt ac fideliter assigna- | bunt in festo purificationis
 virginis gloriose. De dictis quoque bonis, postquam viam vniuerse
 carnis ingressi | fuerint predicti coniuges, triginta et iiij. denario-
 rum monete dapsilis Ecclesie in Muochtetal a nobis nostrisque
 successoribus | conditionaliter erogentur, ita quod panis cum dic-
 tis triginta denariis comparatus super sepedictorum conjugum se-
 pulcrum pau | peribus erogetur; ceteri iiij. denarii residui plebano
 ipso die pro ipsorum Anniversario celebranti tribuantur. Ego vero
 ante- | nominatus Chvonradus confiteor presentium in tenore, quod
 antedictae domina . . . Abbatissa et Conuentus predictas Alpes videli-
 cet | surren et silbri, necnon possessionem Rietenbach ante confec-
 tionem presentium literarum secundum ius et consuetudinem | vallis
 de Swiz in possessione et prescriptione legitima habuerunt. In
 cuius rei testimonium presentem | cedulam sigillo nostro necnon et
 sigillo venerabilis dicti patris nostri domini . . . Abbatis superius
 nominati tradidimus firmiter | communitam, quibus et nos Conuen-
 tus sepedictus vtimur, quia sigillum proprium non habemus. Nos
 vero dictus Abbas | de Aurora ad petitionem sepedictarum Abba-
 tisse et Conuentus filiarum nostrarum nostrum sigillum duximus
 presentibus | apponendum. Datum anno domini M. CC. Nonagesimo
 quinto, in Crastino purificationis virginis gloriose. |

1295, 10 Hornungs.

Nos Chvonradus dictus Hunno, Petrus et Chvonradus fratres dicti zuo chese, et Rodolfus Stophakerre notum facimus | presentium inspectoribus seu auditoribus vniuersis, quod cum lis seu controversia inter nos ex vna, et religiosas in Christo dominam | . . Abbatissam et Conuentum Sanctimonialium monasterii in Stena, Cisterciensis ordinis Constantiensis Dyocesis, ex parte altera, super quibus- | dam bonis seu possessionibus, que Chvonradus quondam dictus Hesso reliquit, per tempus aliquod verteretur, tandem de consilio | communium amicorum ipsa lis seu controversia est in hunc modum totaliter complanata; videlicet quod nos dicti Chvonradus Hunno et | Petrus dictus zuo chese, qui tutores honorum mobilium seu immobilium, ac etiam pueri dicti Chvonradi esse credimus, pro nobis et | nostris heredibus resignamus et quitamus, ac nos quitasse presentibus profitemur totum ius in manus domine . . Abbatisse et Conuentus Monasterii | prelibati, quod nobis super dictis bonis ac puero posset quomodolibet competere in posterum uel ad presens, pro dictaque resignatione seu quita- | tione super prelibatis bonis seu pro iure, quod ratione tuitionis in dicto puero habere credebamus, seu pro iure hereditario, quod nobis posset competere | quoquomodo, a dicta domina . . Abbatissa et Conuentu nominati monasterii, nos bona dicta Bebenberg et Stamchusen rece- | pisse et contentos esse presentibus profitemur. Renunciantesque nos prenominati Chvonradus, Petrus, Chvonradus et Rodolfus omni iuri | et exceptioni juris canonici et civilis, quod vel que nobis et nostris heredibus contra dictum monasterium super prelibatis bonis posset compe- | tere in posterum uel ad presens, iurique generalem renunciationem nisi specialis precesserit non valere. Huius resignationis seu rei testes | sunt: Henricus de Sewa, Volricus Buelere, Vernherus de Stalden, Henricus sidenvaden, Chvonradus Schvonbuochkere, Wernherus | de Sewa, Volricus zuo Kese, Volricus de Wile, Henricus in dem Hovfe, et plures alii fide digni. In cuius rei testi- | monium nos dicti Chvonradus, Petrus, Chvonradus, et Rodolfus sigillum Communitatis de Swicz presentibus duximus apponen- | dum. Nos vero Chvonradus minis-

ter dictus de Iberg et dicta communitas ad preces dictorum nostrum sigillum duximus presentibus apponendum. Datum anno domini M. CC. XC quinto, in die Scolastice virginis.

11.

1299, 13 Jänners.

Elizabet dei gratia Romanorum Regina ¹⁾, viris prouidis et discretis . . Officialibus sev Ministris, | Totique vniuersitati in Switia, gratiam suam et omne bonum. Serenitati congruit reginali, sibi | pessundatis et subiectis, maxime tamen religiosis deo iugiter famulantibus, ne in obpressionis | materiam defluant et labantur, protectionis sue presidium graciosius elargiri. Hinc est, quod | deuotas Sanctimoniales Monasterii in Steine, ordinis Cisterciensis, sincere nobis dilectas, ob | suarum deuotionum merita, cum bonis suis et pertinentiis vniuersis in nostram tuicionem recepimus (sic) et recipimus gratiam et defensam; Vniuersitati vestre presentibus firmiter iniungentes, quatinus eisdem in | bonis et possessionibus suis nullum inferatis aut inferri ab aliquo permittatis dispendium aut | grauamen, Easque nichilominus libertatibus ipsis antiquitus deditis et concessis, perfrui | liberaliter concedentes, In quo nobis exhibebitis obsequium gratuitum et acceptum. | Datum apud Nue-remberch in Octauis Epyfanie domini, Anno domini Millesimo | cc. Nonagesimo Nono. ²⁾

12.

1299, 13 Jänners.

Elizabet dei gratia Romanorum Regina, viris prouidis et discretis . . Officialibus sev Ministris, totique | vniuersitati in Switia, gratiam suam et omne bonum. Cum dilectas in Christo Sanctimoniales Monasterii | in Steine, ordinis Cisterciensis, Constantiensis Dyocesis, cum vniuersis possessionibus, omniumque bonorum facultatibus earundem, in nostram protectionem et defensionem receperimus specialem de beneplacito domini et mariti | nostri Karissimi domini Alberti incliti Romanorum Regis, Nolentes, vt ali-

¹⁾ † 28 Weinm. 1313 zu Wien.

²⁾ Abgedruft bei Eschudi. (I. 221 a.)

quam precariam dare a nostris | officiatis aliquatenus compellantur. Et cum intellexerimus, quod tu Landamman ad ordinationem officia-
| lium sev Ministrorum, memoratas Sanctimoniales ob huiusmodi precarie exactionem in Septem libris et | vno solido denariorum Monete ibidem impignoraueris ista vice, Volumus et mandamus tue discretioni, | diligencius te rogantes, quatinus ipsis prescriptos denarios, eis per te indebite ablatos, restituere | debeas indilate, contradictionem in huiusmodi quamlibet euitando. Ceterum vniuersitati vestre prelibatas | Sanctimoniales a quorumlibet violentiis, iniuriis et offensis pro vestris viribus recommittimus | gubernandas. Datum apud Nueremberch in Octauis Epyfanie domini, Anno domini Millesimo cc. | Nonagesimo Nono. ¹⁾

13.

1500, 21 Jännerſ.

Vniuersis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elizabeth dei gratia Abbatissa Monasterii Thuricensis ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, affectum caritatis cum noticia subscriptorum. Nouerint quos nosse | fuerit opportunum, quod Chvonradus dictus Rymer, Ciuis Thuricensis, coram nobis constitutus, vniuersas possessiones suas in der Engi, cum Domibus, Agris, Vinetis, Pomeriis, | Viis, Pascuis, Arboribus, Siluis, Nemoribus, omnique vsu seu requisitione, et cum prato sito in Altstetten eisdem possessionibus pertinente, quas quidem possessiones a nobis seu nostro | Monasterio pro annuo censu vnus libre piperis, ponderis Thuricensis, solvendo nobis et nostro Monasterio annis singulis festo purificationis beate virginis, possidebat, ad manus | nostras vna cum Nicolao et Ruedegero filiis suis, Katherina et Margareta filiabus suis resignauit, petens, vt easdem posesiones cum omnibus suis iuribus et attinentiis | jure hereditario pro censu predicto, honorabilibus in Christo . . Abbatisse et Conuentui Monasterii in Steinna, ordinis Cisterciensis, ac eorum Monasterio concedere dignaremur. Nos ipsius precibus annuentes, | facta et recepta resignatione dictarum possessionum ad manus nostras, tam a memorato Chvonrado Rymer, quam a filiis et filiabus suis prenotatis, easdem possessio-

¹⁾ Abgedruft bei Eschubi. (I. 221 b.)

nes cum omnibus | suis attinenciis et Juribus, jure hereditario pro censu predicto solvendo nobis et nostro monasterio annis singulis festo purificationis prenotato, memorate Abbatisse recipienti, | nomine sui et vice ac nomine sui conventus et Monasterii habendas et possidendas concessimus et concedimus per presentes. Verum quia Adelheidi vxori prefati Chvonradi Rv- | mer in tribus jugeribus Vinearum dictis possessionibus pertinentium competiit vsufructus, ipsa coram nobis constituta hujusmodi vsufructui cessit spontanea voluntate, atque ipsum | vsufructum auctoritate marito suo ad manus nostras resignavit, et corporale prestitit Sacramentum de non repetendo hujusmodi vsufructum extra jus seu in jure coram quocunque Judice | ecclesiastico seu etiam seculari. Ceterum, quia Ruodolfus Natus predicti Chvonradi Rvmer nunc agit in remotis, nec consensus suus resignationi dictarum possessionum de facto interue- | nit, promiserunt Chvonradus Rvmer prenotatus, Volricus de Schoenenwert miles, Wernherus Biberli, ac Johannes Pilgerinus memorate Abbatisse Monasterii de Steinna stipulanti pro | se ac suo Conventu sibi que succedentibus, quod efficient, quod memoratus Rudolfus Natus predicti Chvonradi vsque ad festum Pascatis proximum memoratas possessiones et jus si quod ei in | eisdem competit, ad manus nostras resignabit, et quod ratam habebit resignationem per patrem, fratres et sorores ipsius factam. Preterea prenominati Nicolaus, Ruedegerus, Katherina et | Margaretha, filii et filie prefati Chvonradi, substitutioni facte in constitutione vsufructus Adelheidi Matri sue in predictis tribus jugeribus vinearum facta, libere cesserunt | predicto patre suo Auctoritate. Debent etiam . . Abbatissa et Conventus memorate singulis annis festo beati Galli nobis et nostro Monasterio de dictis possessionibus tres Mo- | dios tritici Mensure Thuricensis, nomine decime, quemadmodum nostro Monasterio ab antiquo soluti sunt, plenarie assignare. Ceterum idem Chvonradus Rvmer agrum dictum Stovbacker | vnus jugeris et dimidii, sibi proprietatis titulo pertinentem, ad manus nostras resignavit, proprietatemque ipsius agri in nostrum monasterium transtulit; Nosque ad petitionem ipsius memorate | . . Abbatisse nomine sui et vice ac nomine sui conventus et monasterii recipientis, eundem agrum jure hereditario pro annuo censu vnus denarii Monete Thuricensis, solvendo nobis et nostro | Monasterio annis singulis festo exaltationis sancte crucis, concessimus, et tenore

presentium concedimus possidendum. Ad hec memoratus Chvonradus Rvmer recognoscit | per presentes, se a memoratis . . Abbatissa et Conventu de Steinna pro possessionibus et Agro memoratis venditionis titulo, centum et Quadraginta Marcas Argenti recepisse le- | galis ponderis Thuricensis, exceptioni non dati, non soluti, non numerati pretii omnino renuntiando. Promisit etiam Chvonradus Rvmer prenominatus . . Abbatisse Monasterii de Steinna | prenotate pro se et suo conventu, sibi que succedentibus stipulanti eisdem Abbatisse et Conventui ac Monasterio seu ipsis succedentibus, super agro uel dictis possessionibus aut parte earum litem | uel controversiam non inferre, nec inferenti consentire et Warandiam prestare, si a quoquam fuerint impetite, ac etiam de euictione teneri, et contra dictam venditionem | non venire aliquo ingenio de jure uel de facto, et ad hec omnia et singula se suosque heredes et successores obligat per presentes. Insuper idem Chvonradus Rvmer re- | nuntiat omni juri scripto et non scripto, constitutionibus editis vel edendis, Priuilegiis, Rescriptis impetratis seu impetrandis, ac omni legum et Canonum auxilio, per quod dictus ven- | ditionis contractus, seu dictarum possessionum et agri resignatio infringi posset seu aliquo aliter annullari, et hanc renuntiationem pro se sibi que succedentibus et heredibus interponit. | Et in evidentiam omnium premissorum ad petitionem memorati Chvonradi, Adelheidis vxoris sue, Nicolai et Ruedegeri filiorum suorum, ac Katherine et Margarethe filiarum suarum, | presentes literas eisdem Abbatisse et Conventui, ac eorum Monasterio, Sigillo nostro patenter tradimus communitas. Acta sunt hec in Lobio curie nostre claustralis in Thurego, | Anno domini Millesimo Tricentesimo, feria quinta proxima ante festum Conuersionis beati Pauli. Indictione Tertia decima. — — |

Nos . . Consules oppidi Thuricensis, quorum nomina sunt subscripta, quia predictae partes coram nobis constitutae, confesse fuerunt predicta omnia et singula vera esse | et ea acta fore, prout superscripta sunt, ad petitionem dictarum partium Sigillum civium nostrorum presentibus duximus appendendum. Acta Thuregi Anno, die et Indictione pre- | notatis. Nomina autem Consulium sunt hec: Ruodolfus dictus Mvlnner, Ruedegerus Manesse Junior, Johannes de Clarona, Lvtoldus de Beggenhouen Milites; Wern- | herus

Biberli, Ruodolfus Krieg, Johannes Pilgeri, Burchardus Schafli,
 Wilhelmus Martini, Johannes Fvtschi, Lvtoldus Gnürser, ac Otto
 Man — | esse, Cives Thuricenses. — — — —

14.

1345, 15 Heumouats.

Nos frater Cristianus Abbas in Aurora, Totusque Conuentus
 Monasterii eiusdem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, |
 Et nos Soror Antonia Abbatissa Totusque Conuentus Monasterii in
 Steina in valle Switz, filia memorati | Monasterii de Aurora eiusdem
 ordinis et dyocesis, Recognoscimus et constare volumus presentium
 inspectoribus vniuersis |, quod omnis dissensionis materia et contro-
 versia inter Conuentus nostros haecenus hinc inde habita, super |
 prebenda confessoris pro tempore in Steina existentis, vnanimi
 consilio et voluntate deliberationeque di- | ligenti non semel sed
 sepius prehabita, consilio et auxilio Reuerendi in Christo patris et
 domini domini Johannis venerabilis | abbatis in Capella tunc pre-
 sentis et ad hoc cooperantis, in modum qui sequitur decisa est
 amicabiliter | sopita. Videlicet quod nos Conuentus in Steina Con-
 fessori de matre nostra de Aurora nobis misso, | si per annum
 nobiscum steterit, pro piscibus et vestimentis duas libras denariorum
 monete tunc currentis et dativae | in valle predicta dare debemus,
 venientique decem solidos denariorum et recedenti totidem eiusdem
 monete dare | tenebimur pro expensis; Item quatuor caligas, qua-
 tuor pedules et quatuor calcios, eosdem reficere, quando | et quo-
 tiens necesse habuerit. Si vero per dimidium annum tantum nobis-
 cum steterit, premissorum omnium eidem | duntaxat medietas mi-
 nistratur. Item prouidebimus eidem sufficienter in pane albo de
 Luceria | vel de Zuge, ita explicite, quod panis qui eidem super-
 fuerit, iuxta regulam beatissimi patris | nostri Benedicti, eidem
 cenaturo in sero aut in crastino prandendo per ipsius famulum
 reseruetur, | et de prebenda antiqua vini nostri Conventualis, quod
 si pro tempore turbulentum, accetosum, vel alias | debile fuerit,
 extunc eidem prouidebimus octo diebus de alio vase vini Conuen-
 tualis nostri | ad necessitatem et non ad vendendum. Item eidem
 sicut Conuentui nostro seruitia integraliter persol- | uentur. Item
 eidem in octo pullis pro ovis, ac in Caseo vel seratio aut ambobus,

quando haberi como- | de possunt, pulmentariis, famulo seu ancilla
 seculari honorifice curabimus prouideri. Item quando | et quotiens
 Conuentus noster ad sacrosanctam Communionem accedit, extunc
 eidem mensura boni | vini aut precium equivalens prout maluerit
 persolvemus. Item in omnibus victualibus eidem mini- | strandis,
 status pacis aut gwerre annorum et temporum, id est Karistie,
 observabitur sine | vara, fraude et dolo penitus circumscriptis. In
 quorum omnium et singulorum testimonium premissorum atque |
 robur, presentes literas duplicatas dedimus ambarum abbatiarum
 et Conuentuum earundem | hinc inde Sigillis, nec non Sigilli Reue-
 rendi in Christo patris et domini domini Johannis abbatis in Capella |
 munimine roboratas. Nosque frater Johannes abbas iam dictus Re-
 cognoscimus omnia et singula | predicta de consilio nostro tractata
 et ordinata fuisse, et in eorundem euidenciam Sigillum nostrum ad |
 preces partium compositarum presentibus appendisse. Datum in
 Steina Anno domini M. CCC. XLV. in | die beate Margarete vir-
 ginis et martiris preciose; quibus intererant fratres Johannes de
 Arberg | Prior in Aurora, Rudolfus Judeus de Capella, et Johannes
 de Biberach protunc Confessor in Stei- | na, Sacerdotes et mon-
 achi ordinis nostri.

15.

1546, 1 Augustmonats.

(Stebnerlade Steina.)

Allen den, die disen brief ansehent oder hörent lesen, kün-
 den vnd vergehen wir Swester Thonya Ebtischin vnd der Con-
 uent gemeinlich des Goghuses in der Dwe ze Steina, des ordens
 von Zitels, in | kostenzer Bystuome, ein sitenn, vnd ich Arnold
 der smit von Steina lantman ze Swiz ander siten; Als vmb
 allen den stös vnd missehellunge, so wir beidenhalben ie da har
 gehebt mit ein andern | haben vnz vf disen hütigen tag, als
 dirre brief geben ist, von der werinen vnd wassers wegen, so
 gat zwischent den gütern, die man nemmet eins die Lütenowa,
 das vnser der | vorgeanter kloster frowen ist, vnd zwischent des
 vorgeanten Arnolts smits Riete, das das gar vnd genzlich be-
 richtet ist mit vnser beider guoten willen, vnd mit wiser lüten
 Rate; | Mit den gedingen, das zwischent disen vorgeanten gütern

witi wesen sol zwölf klaster von einer weri ze der andern, da es alrer engeft ist, vnd da die selbi weri alrer witist ist, des sullent wesen fünfzechen klaffter. Auch vergehen wir die vorgnanten geistlichen frowen, das wir dem vorgenanten Arnolten smide gegunnen vnd verhenget haben, das er von sinem gute | dem vorgenanten Riete nit dem wege, so gat in die Dwe, von sinem hage fünfzechen klaster die lenge ab, werinen sol, ob er es gerne tuot, vnd nidnan da disü fünfzechen | klaster erwindent, da sol der witi vber nicht mere sin von sinem hage die fürze, denne viiiij. klaffter vnz an die werinen, vnd von dirre ersten weri ab, sol er schüpfen | legen, von sinem hage zechen schuo, vnz an der Morsacheren ort vf vnserm eigen; vnd an dem selben ort sol er ein kein weri machen, noch legen enkeinen weg; darzuo | sol er sinen hag nicht fürer vs beslachen denne als er nu beslachen ist. Dar zu vergehen die vorgenanten kloster frowen, das wir in disen vorgenanten werinen | noch zilnr nicht höwen, noch swenten sullen och enkeinen weg; vnd wedre teil von vns den vorgenanten oder vnseren nachkomen, oder wer disü vorgenanten güter in | der hant hetti, diser gedingen defeines vber gienge, bescheche da von defeiner schaden, da sol man dem geschadigeten sinen schaden abtuon, vnd sol man das beweren | mit zweein biderben mannen, an alle geuerde. Vnd har vmb ze einem waren vrfunde, so haben wir die vorgenanten kloster fröwen vnserß eigennen Goghuses | Ingestigel gehenkt an disen offennen brief, vns sunderlich vnd vnsern nachkomen ze einer vergicht dirre sache. Ich Arnold der smit der vorgenante vergich, won ich | eigens Ingestigels nicht enhan, darvmb so han ich erbetten den erbern fromen man Jacoben Weydman, Lantamman ze Swiz, das er durch miner bette | willen sin eigen Ingestigel gehenkt hat an disen offennen brief, mir sunderlich vnd minen erben ze einer vergicht aller der gedingen, so hie vor von mir | geschriben stat, Des ouch ich der vorgenante Jacob weydman Lantamman ze Swiz vergichtig bin. Datum in Swiz, Anno domini M. cccxvi, ad vincula | sancti Petri.

16.

1350, 16 Aprils.

Nos Johannes dei gratia Episcopus Castoriensis, Necnon suffraganeus Reuerendi in Christo Patris domini Volrici | dei gratia

Episcopi Constantiensis, Notum facimus vniuersis, Quod nos sub anno domini MCCC | Quinquagesimo, feria sexta post dominicam Misericordia domini, Reconciliauimus ecclesiam, cimiterium | et ambitum Monasterii dicti in der Ovwe in Switz, ordinis fratrum Cysterciensium; Confirmamus | etiam omnes indulgentias, quas hactenus habuerit. Concedimus autem omnibus fidelibus confessis | et contritis in dedicatione et per octauas Quadraginta dies criminalium, et unum annum | venialium. In cuius Rei testimonium nos qui supra duximus sigillum nostrum presentibus apponendum. | Datum Anno, die et loco predictis.

17.

1557, 4 Jänner8.

In nomine domini Amen. Uniuersis et singulis presentium inspectoribus seu auditoribus, Johannes Decanus decanatus Lucernensis Notitiam subscriptorum. Cum inter . . Abbatissam et Conuentum monasterii in Steina, ordinis Cysterciensis, Constantiensis | dyocesis, ex vna, et Jacobum Rectorem ecclesie in Steina ex parte altera, suborta esset materia questionis super certo numero manipulorum, agnorum et aliarum rerum decimandarum, exceptis fructibus arborum, quos manipulos et | agnos, et quam partem decime Abbatissa et conuentus prenotati in certis agris et areis de decimis dicte ecclesie in Steina quadraginta annis continuis et amplius recepisse dinoscuntur. In qua quidem parte decime dicta | Abbatissa et Conuentus se plenum ius habere dicebant, dicto Rectore contrarium asserente, licet ipsa Abbatissa et suus Conuentus in pacifica possessione eiusdem decime fuerint, antequam dictus Rector eas eiecerit et spoliauerit decima | prenotata; necnon similiter decimis agrorum, pratorum, seu possessionum, quas sepedicta Abbatissa et suus Conuentus suis manibus aut sumptibus colere dicuntur, ac super dampnis, expensis literarum et interesse habitis hinc inde |; Nec dicta questio sine grauibz laboribus et expensis hinc inde habitis et habendis posset in figura iudicii terminari. Tandem dicte partes, prehabita deliberatione diligenti, in me tanquam in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem | compositorem omnem sue dissensionis materiam compromiserunt, promittentes per fidem nomine sacramenti a partibus hinc inde prestatam,

et per me receptam, et sub pena decem marcarum argenti, parti pronuntiationem meam seruanti | a parte altera non servante solvendarum, se meum arbitrium ratum et gratum habituros. Ego itaque assumpto in me arbitrio supradicto, lite legitime a partibus contestata, receptis quoque testibus per actrices inductis, necnon auditis | depositionibus eorundem, consideratisque causarum meritis et cum diligentia perspectis, partibus diffinitionem ecclesie postulantis, habito super hoc proborum consilio virorum; Quia inveni in hiis que coram me gesta sunt, prescriptam | Abbatissam et suum Conuentum per memoratum Jacobum Rectorem ecclesie in Steina spoliatas fuisse decima prenotata, ipsas restitui feci et ad possessionem pacificam eiusdem decime in festo beati Georgii martiris post datam | presentium proxime secuturum admitti, adiudicans eis in hiis scriptis sententialiter decimam eandem, ita quod eam inantea colligant et apprehendant eo modo sicut prius, scilicet secundum numerum manipulorum, agnorum, ac aliarum rerum | decimandarum, inter ipsas et dictum Rectorem antiquitus observatum. Diffinio et pronuncio pro dicta Abbatissa et suo conventu sententialiter in hiis scriptis, quod de possessionibus suis sumptibus cultis non solvant decimas alicui | secundum suorum tenorem privilegiorum, dictoque Jacobo Rectore ecclesie in Steina super premissis omnibus inpono perpetuum silentium per presentes. Insuper iam dictum Jacobum Rectorem ecclesie in Steina duxi sententialiter, dicto Abbatisse ac Conventui in septem libras denariorum dictorum stebler presentibus condemnandum, tam ratione expensarum per ipsam Abbatissam in lite factarum quam in reconpensam fructuum de re spoliata perceptorum; quodque de illa pecunia | mediam partem dicte Abbatisse solvat in festo beati Martini post datam presentium proxime secuturo, uel infra octo dies proxime sequentes, reliquam vero partem solvat in festo Inventionis sancte crucis deinde proxime succedente, | seu infra octo dies immediate sequentes. In cuius pronuntiationis seu diffinitionis evidentiam et certitudinem premissorum omnium, ego Johannes Decanus arbiter antedictus presentem literam Sigillo meo tradidi roboratam. Nos quoque Abbatissa et Conuentus, nec non Jacobus Rector ecclesie in Steina prenominati, prescriptam pronuntiationem seu diffinitionem in omnem modum prenotatum approbamus, ratificamus et collaudamus, et de nostra | conscientia et voluntate sic

factam esse presentibus confitemur; idcirco ad omnium prescriptorum observationem inuiolabilem sine omni dolo et fraude nos tenore presentium obligamus: Renuntiantes hinc inde exceptioni doli mali, | beneficio restitutionis in integrum, ac omni alii juris auxilio scripti et non scripti, per quod dicta sententia arbitraria retractari uel inpediri posset in toto uel in aliqua sui parte. Et in horum omnium evidentiam et testimonium Sigilla nostra | duximus presentibus appendenda. Nos quoque Conuentus dicti monasterii in Steina Sigillo nostre Abbatisse prefate utimur in hac parte. Datum et actum in Luceria Anno domini. M. CCC. LVII. feria quarta post Circumcisionem domini proxima. Ind. X. ; —

18.

1557, 6 Septemberis.

Nos frater Petrus Abbas in Aurora concedimus Religiosis filiabus nostris in | stein, quod possunt confiteri vni fratri probato ach (sic) idoneo in articulo mortis | tantum. Hanc autem auctoritatem nostram concedimus viris religiosis in Christo | scilicet illis de Wetingen, de Capellis, nec non et de sancto Urbano ordinis | nostri, donec ad nos duxerimus reuocandum. Datum in Octaua apostolorum | Petri et Pauli sub sigillo nostro pendente. Anno domini M. CCC. LVII.

19.

1390, 16 Augusti.

Nos Hainricus Professor Monasterii Fontisregis, ordinis Cisterciensis, dei et apostolice sedis gratia Episcopus Termopilensis | provincie Athenarum, Reverendi in Christo patris ac domini domini Burkardi Episcopi Constantiensis Vicarius in pontificalibus generalis, | ad infra scripta ipsius domini Episcopi auctoritate ordinaria suffulti, subscriptorum noticiam cum salute. Noverint universi | sancte matris ecclesie filii presentes literas inspecturi, Quod sub Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo, sexta | decima die mensis Augusti, Ind. XIII. Consecrauimus novum Altare in ecclesia Monasterii in stain situm in valle | Switzensi, Constantiensis dyocesis et Ordinis Cisterciensis predicti, iuxta Altare sancte Crucis in sinistro latere constructum, | in honore sanctarum Marie

Magdalene, Katherine, Agate, Lucie, et Angnetis virginum, in quo quidem altari | Reliquie sanctorum sunt recondite; videlicet Stephani prothomartiris, decem milium martirum, et Beate Marie Magdalene, et aliorum plurimorum | sanctorum martirum, confessorum, atque virginum; eius quidem altaris diem dedicationis ex certa causa antedictum festum B. M. Magda- | lene annuatim perpetue celebrandam transtulimus et transferimus in hiis scriptis. Cupientes ergo quoslibet Christi fideles | ad benefacienda et exercenda opera caritatis Indulgentiis id est peccatorum remissionibus invitare, ut exinde reddantur | diuine gratie aptiores, affectantesque affectioni singulari, ut predicti Monasterii ecclesia cum suis altaribus olim per Reuerendum | in Christo patrem dominum Tholomeum Sardinensem episcopum in honore Beate Marie virginis et sancte crucis consecrata congruis | honoribus ac dignis laudibus veneretur, Omnibus itaque christiani nominis professoribus vere penitentibus, contritis | et confessis, qui dictam ecclesiam et altaria in subscriptis festiuitatibus, videlicet Natiuitatis domini, Epiphantie, Resurrectionis, Assensionis, Penthecostes, | et Corporis Christi; in omnibus festibus Beate Marie Virginis, Johannis Baptiste, et omnium Beatorum Apostolorum et Ewangelistarum; Et in diebus | dedicationum tam Ecclesie quam Altarium, et infra earumdem festiuitatum octauas; precipue in festis sanctorum Benedicti et Bern- | hardi Abbatum, et per Octavas eorum; in festibus quoque sanctorum patronorum tam ecclesie quam altarium, et illorum, quorum reliquie in ipsis | altaribus sunt recondite; In cena Domini et sequentibus duobus diebus; in festis sanctorum Urbani, Clementis, Sixti, Lau- | rentii, Sebastiani, Viti, Georgii, et Valentini martirum; Quatuor doctorum; Remigii, Conradi, Nycolay, | Martini, Galli, et Othmari confessorum; Barbare, Cecilie, et Dorothee virginum; Inventionisque festiuitate sancte Crucis, sancti | Michahelis, et omnium Sanctorum; atque omnibus dominicis diebus devote visitauerint, veniam petaturi, terque orationem dominicam cum totidem | Ave Marta flexis genibus corde contrito dixerint; seu alias pro fabrica dicti Monasterii ac comparatione luminum, librorum, calicum, campanarum |, et aliorum ornamentorum ecclesiasticorum suas largiti fuerint elemosinas, et manus porrexerint adiutrices; quique in serotina pulsatione | tria Ave Maria flexis genibus dixerint; quicumque etiam verbum dei audierint, quotiescunque ibi-

dem seminatum fuerit; Quique etiam corpus | dominicum uel extre-
 mam unctionem, quando ad infirmos portantur, fuerint associati,
 ac qui aliquid de premissis devote fecerint, de omnipotentis | dei
 misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et
 auctoritate confisi, Quadraginta dies criminalium et annum venialium
 | peccatorum et vnam Karrenam de iniunctis eis penitentiis pro
 qualibet vice misericorditer in domino relaxamus. In quorum pre-
 missorum evidens | testimonium atque robur Sigillum nostrum Epis-
 copale, quo in hac parte vtimur, presentibus est appensum. Datum
 et Actum Anno, | die, loco, et Indictione quibus supra.

20.

1599, 28 Brachmonats.

Allen den die disen brief ansehent oder hörent lesen, Rün-
 den wir der Landamman vnd die Lantlüt gemeinlich ze swiz, vnd
 vergehen offen- | lich mit diesem brief für vns vnd vnser nach-
 komen, daz für vns kamen ze Swiz die wolbescheiden geistlichen
 frowa dü Ep- | tischin vnd mit ira ander der conuent frowan
 des erwirdigen goghus in der oww, des ordens von Citels, ge-
 legen in Costenzer bistuom, | vnd brachten da für vns, daz man
 innen grossen schaden taete an ira eigenen höeltzen, dera aber
 sie notdürftig wären zuo den werinan | vnd zuo ira hegen, die
 zuo ira goghus hoerent. Vnd baten vns for an durch got vnd
 durch des goghus noturft willen, daz wir inan | hulfin vnd rie-
 tin, wie si vnd ira goghus versorgt wurdin, daz si vnd ira goz-
 hus nüt femlichen gebresten gewunin zuo den werinun ira | goz-
 hus. Da sol man wissen, das wir der Landamman vnd die Lant-
 lüt gemeinlich Einhellenklich vnd mit wolbedachtem muot angefe-
 chen haben | vor an dü ere gotes, vnd ovch den grossen erenst
 des samnungs, vnd ovch ira grosse noturft, vnd hein innen gebannen
 vnd bannen ovch mit kraft | dis briefes daz Holz, das vnz har ira
 eigen ist gesin, daz an die A. stoßt vnd vf ira guot stat, von
 dem türclin ab vnz in die studa alz dü | zeichen gand, vnd wider
 vf har dü wery vf vnz an das türcli, als es vndergangen ist vnd
 vsgezeichnet mit offenen zeichnen an geuerd. | Sol man wissen,
 daz wir der Landamman vnd die Lantlüt gemeinlich ze swiz sin
 vber ein komen für vns vnd vnser nachkomen; wer der ist, er si

iung oder | alt, klein oder groß, der in dem obgenanten Holz
höwet, der sol vnd muos von iechlichem stof, er si klein oder
groß, gruen oder türr, oder das Holz | wuestet, oder dan-
nan fürnt oder treit vff dem Holz oder ab den werinan oder
den Hegen an der A., der oder die sint geuallen vij ß. d. ze
einung, | vnd soelen dera werden dem leider ij ß. vnd dem Kleger
v ß.; vnd wen die egenanten frowa bittent ze Kleger von des
Holzes wegen, der sol es ovch sin | vnd tuon, vnd soelten in
des der Amman vnd die Lantlüt wifen, wölte er es nüt tuon
von der frowan bett wegen. Die egenanten frowan söllen ovch
in dem selben | Holz nüt wuesten noch howen, wan des si ovch
bedürffen zuo der wery vnd ovch zuo ira Hegen, die si ovch da
selben heind, an geuerd; wa si das vber= | giengen, so söllen
si ovch vmb den einung komen als ander lüt, an geuerd. Es
mag ovch ein iechlicher, der den der frowen Kleger ist, wol das
recht | vmb den einung naemen, weder er wil ze steina in der
Kilchen, oder ze swiz vor dem Amman vnd den nünen, weders
er wil vnd im fueglicher ist, | an geuerd. Vnd vmb daz dis alles
Kraft vnd macht hab nu vnd harnach, so hein wir der Landam-
man vnd die Lantlüt gemeinlich des Landes ze | Swiz den ob-
genanten frowen in der Dw von ira Goghus wegen disen brief
geben mit vnfers Landes gemein insigel offentlich besygelt; Der
geben | wart im iar do man zalt von gotes geburt drüzechen
hundert Münzig vnd nün iar, vnd dar nach an sant Petters vnd
sant Paulus Abent | der heiligen zwelfbotten.

